



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**SELECTA=||RVM DECLAMATIONVM || Philippi Melanthonis,  
quas con=||scripsit, & partim ipse in schola  
Vui=||tebergensi recitavit, partim alijs recitandas  
exhibuit.|| TOMVS ... ||**

**Melanchthon, Philipp**

**1559**

**VD16 M 3567**

Necessarias esse ad omne studiorum genus, artes dicendi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34734**

NECESSARIAS ESSE AD O-  
mne studiorum genus artes dicendi,  
Phil. Mel. Declamatio.

SIMONI GRYNEO SVO PHI-  
lippus Mel. S. D.



Su comperimus, eam esse o-  
ptimarum rerū conditionē, Artes uulgo  
negliguntur.  
ut uulgo serē fastidiantur.

Nam cum literis nihil neq;  
melius, neq; pulchrius habe-  
ant humana, tamen uix pau-  
cos, diuino haud dubiē bene-

ficio nuper restituta, admiratione sui cōpēre. Et te-  
nim quod Pindarus optimā rerum aquam et pul-  
cherrimam possessionem aurum esse cecinit, nec il-  
le, nisi multitudinis auribus inseruisset, rebus o-  
mnibus literas antetulisset, Neq; enim quidquam  
est, cuius uel usus latius pateat, uel dignitas ha-  
rum amplitudinē superet. At ea est uulgi amētia,  
ut nō aliud perinde contemnat, atq; elegantiorum  
literaturam: eamq; cū uiderē hoc potissimū tem-  
pore nostris sordere, breui declamatione laudauī.  
Instituēram equidem pro eo ac res merebatur  
et uel copiosorem. Sed cū immorari non li-  
ceret, malui qualicunq; oratione reuocare in ui-  
am studiosos, quā causam literarum, ut grāce  
c . iij . dicam,



dicam *διὰ γὰρ φερ*. Planeq; accidit, ut cum  
 phora, iuxta Poëtam, institui cœpisset, curru  
 rota urceus exierit. Verùm quidquid hoc est  
 ris, tibi, mi Simon, propter incredibilem amorem  
 tuum erga meliores disciplinas, dedicare usq;  
 est, ut uel tuo exemplo nonnullos ad literarum  
 studium inuitem. Vale. Vitemberga.

Horatius.

DE STUDIO ARTIVM DI-  
 cendi Declamatio Phil. Mel.



Vemadmodum Hestodo  
 let, nescire mortales, quan-  
 tum & Malua & Albi  
 adferre commodi rebus  
 manis queant, tamen si  
 herbæ, ita nos quoq;  
 uunc primùm querimus

ignorare adolescentes, quantum momenti habe-  
 ant ad solidam eruditionem parandam dicen-  
 tes, quæ in speciem nihil profitentur eiusmodi,  
 cui uulgus adplaudat, cæterum utilitate facile  
 humanas omnes uicerint. Neq; enim usquam  
 quidquam est in tota rerum uniuersitate, uel  
 ad mortales ampliora commoda, quàm ex hoc  
 tium genere redeant. Sed cum earum precium  
 iuuentus ignoret, fit, ut plerisque sordent  
 minimi

Q  
 à simili.